



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CXXIV. Der Papst Bonifacius VIII. bestätigt den Domherren zu Brandenburg das Recht, ihre erblichen Besitzthümer, auch als Domherrn, beizubehalten und nach ihrem Willen darüber zu verfügen, am 5. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

heredes nostrosque successores seu quemcunque vel quoscunque nostri, heredum et successorum nostrorum officiatum vel officiatos quomodolibet infringatur, presentem litteram ex certa nostra scientia conscriptam ecclesie Brandenburgensi sepe dicte dari fecimus, sigillorum nostrorum muniminibus roboratam. Testes hujus rei sunt Johannes de Oldenvlit, Haffo de Wedele, Albertus de Clepzk et quam plures alii fide digni. Actum et datum Prinzelaw, anno domini M^o.CC^o.LXXXVI, feria sexta post diem beati Michahelis.

Nach dem Originale.

CXXIV. Der Papsf Bonifacius VIII. bestätigt den Domherren zu Brandenburg das Recht, ihre erblichen Besitzthümer, auch als Domherrn, beizubehalten und nach ihrem Willen darüber zu verfügen, am 5. Dezember 1296.

Bonifacius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis preposito et capitulo ecclesie Brandenburgensis, Premonstratensis ordinis, salutem et apostolicam benedictionem. Devotionis vestre precibus inclinati auctoritate vobis presentium indulgemus, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia, que personas liberas canonicorum vestrorum, mundi relicta vanitate, ad ecclesiam vestram convolantium et professionem facientium, in eodem jure successionis vel alio justo titulo, si remansissent in seculo, contingissent, et que potuissent aliis elargiri, feudalibus duntaxat exceptis, petere, recipere ac retinere libere valeatis sine juris prejudicio alieni. Nulli ergo omnino hominum etc. Datum Rome, apud sanctum Petrum, non. Decembris, pontificatus nostri anno secundo.

Nach dem Originale.

CXXV. Der Papsf Bonifacius VIII. gibt dem Propste in Bernau auf, die dem Domcapitel in Brandenburg entfremdeten Güter demselben wieder zuzustellen, am 5. Dezember 1296.

Bonifacius episcopus, servus servorum dei, dilecto filio preposito ecclesie de Bernow, Brandenburgensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram pervenit, quod tam dilecti filii, prepositus et capitulum ecclesie Brandenburgensis, Premonstratensis ordinis, quam predecesores eorum decimas, terras, domos, possessiones, ortos, vineas, grangias, prata, pascua, piscarias, silvas, maneria, nemora, molendina, jura, jurisdictiones et quedam alia bona ipsius ecclesie, datis super hoc litteris, factis renuntiationibus, juramentis interpositis et penis adjectis, in gravem ipsius ecclesie lesionem nonnullis clericis et laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus et aliis perpetuo ad firmam vel sub censu annuo concefferunt, quorum aliqui super hiis confirmationis litteras in forma communi a sede apostolica impetrasse dicuntur; quia vero nostra interest super hoc de oportuno remedio providere, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus ea, que de bonis ipsius ecclesie per concessionem hujusmodi alienata inveneris illicite vel distracta, non obstantibus litteris, renuntiationibus, juramentis, penis et confirmationibus supradictis, ad jus et proprietatem ejusdem ecclesie legitime revocare procures, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo; testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio